Gregorius papa xiij. Venerabilis Frater, seu dilecte fili sa-
lutem et Apostolicam benedictionem. Dudum siquidem
proparte dilectorum filiorum Joannis Antonij Tramontani,
Joannis de Bonito, Blasij Campanilis, Santoli Pandolphi,
et Dominici etiam Tramontani, Civitatis Scalensis Regni Nea-
politani, officialium Confraternitatis SS.mi Rosarij B. Mariae
Virginis in dicta Civitate rite institutae, et reliquorum Confratrum eius-
dem Confraternitatis nobis expositum fuit, quod cum ipsi Exponentes
maximam habuissent, et haberent devotionem ad praedictum Ro-
sarium, et cuperent illud habere in praedicta Civitate, ac propterea
Venerabili Fratri Ambrosio Episcopo Neritonensi, qui fel. record. Pius
papa V. praedecessor noster, ut asserebat, ipsum Rosarium illis, dictae
Confraternitati concedere vellet, praefatus Ambrosius Episcopus ipsorum
Exponentium devotione, et supplicationibus inductus, eisdem Exponen-
tibus dictae Confraternitatis Confratribus, tunc et pro tempore existen-
tibus, praefatum Rosarium in eadem Civitate, et in Ecclesia S. Mariae
seu S. Martiani de Fontana nuncupata, eiusdem Civitatis, iuxta
facultatem, et auctoritatem sibi concessas, sub certis modo et forma
tunc expressis, per quasdam sub die, videlicet decima octava Apri-
lis anni millesimi quingentesimi septuagesimi tertij, gratiose conce-
sserat, quodque cum ipsi Exponentes, ad Confraternitatem Rosarij hu-
iusmodi, necessaria comparaverint, et nonnulla iam tunc compara-
missent: Dilectus filius Aloysius Nalinus Fratrum praedicatorum, et
Cappellanus in quadam Capella S. M. Annunciatae praefatae Civitatis
vestre Frater Episcope, deputatus, et dilectus filius Joannes Antonius
Nesiotini eiusdem Civitatis Scalensis, nulla facta mentione de gra-
tia, per eosdem Exponentes, ut praefertur, ab ipso Ambrosio eius obten-
ta fraudulenter dictum Rosarium, ab eodem Ambrosio Episcopo, praedicta
Cappella obtinuerant, seu potius extorserant; eaque fraude cogni-
ta ipsi Exponentes ad eundem Ambrosium Episcopum recursum habu-
erant: ac re tota illi exposita, ipse Ambrosius Episcopus, de veri-
tate, et iusta Exponentium causa, informatus, per alias suas paten-
tes literas, sibi Frater Episcope directas, declaraverat, praefatas perem-

dictis Exponentibus concessam, validam; illam vero, quae per A

Aloysium erat obtenta, subrepticiam fore, et esse, prout etiam

posterioribus litteris huiusmodi sub 24 Augusti tunc proxime p

super quibus posterioribus litteris, tu Frater Episcope, tuum decre

sub die 23 eiusdem mensis Augusti interposueras, et in ea

Litione subiuncto, quod cum ipsi Exponentes pro eorum devo

vellent omnia praefata ad effectum perducere, postea regerera

Episcopum (ut asserebat ex qua causa) mandasse dilecto filio

Leo Mauro, presbitero, ipsorum Exponentium Capellano, sub

excommunicationis, ne vellet amplius se intromittere in fu

praefati Rosarii; et postea ipsi Exponentes pro opportuno

Iustitiae remedio, ad v. Fratrem Archiepiscopum Amalf

uti Metropolitanum, per viam gravaminis recursum

et ipse Archiepiscopus recognitis, et visis eorum litteris

ultimo decreto, posteriorem gratiam nullam esse declarav

Aterea propter eorundem Exponentium, (ut asserebant)

praemissis, a Nobis, dictum Rosarium, etiam non obstante,

praefata Civitate domus dicti Ordinis Fratrum Praedicatorum

erecta, obtinere, et ut fidelium devotio, et cultus divinu

scandalis, et impedimentis quibuslibet, ferventius augere

ceret, Nobis humiliter supplicatum, quatenus sibi in

opportune providere, de benignitate Apostolica dignar

Nos huiusmodi supplicationibus tunc inclinati, Rosari

fatum eidem Confraternitati, denuo per alias nostras l

in simili forma brevis, perpetuo concessimus, ipsosque Exp

dictae Confraternitatis Confratres, nunc, et pro tempore e

super praemissis, per praefatos, seu quoscumque alios, quavis

quomodolibet perturbari, inquietari, vel impediri non

debere decrevimus: Ac alias prout desuper dictatis v

prout in singulis litteris praefatis plenius continetur. cum

dilecti filii Prior, et fratres S. Mariae del Rosario, alias de Grigtis, aut Annuntiatae, hodie San

rii nuncupatae, scalensis dicti ordinis, ac Confratres Confraternitatis eiusdem Rosarii postmodum

dictae domus institutae, nobis nuper exponi fecerunt) Joannes Antonius Tramontanus, Joannes

de Bonito, et alij exponentes, Primo dicti, callidè tacuerunt, quod modus orandi, in dictis litteris nos-
tris expressus, Rosarium B. Mariæ Virginis nuncupatus, tanquam a Divo Dominico dicti ordinis fun-
datore inuentus existebat, et erat peculiaris ipsius ordinis, et ubi aliqua domus eiusdem Ordinis reperieba-
tur, in eisdem dumtaxat constitui solebat, et quatenus per prius in alio loco constitutus reperiretur, sta-
tim domo dicti Ordinis in eodem loco erecta, ad eamdem domum, et illius ecclesiam ipso iure, et de fac-
to censeretur translatus, quodque quamplures pij, et dictæ B. Virginis deuoti viri dictæ Ciuitatis ex nobilioribus
ob deuotionem, quam erga B. Virginem, et modum orandi, ac Religionem huiusmodi gerebant; domum præfa-
tam, et illius ecclesiam sub dicta inuocatione S. Mariæ de Rosario alias de Eriplis, et Annunciatæ, in dicta
ciuitate erexerunt, et autoritate superiorum in dicta ecclesia dictus modus orandi, et Confraternitas dic-
ti Rosarij a maiori numero, et nobilitate Virorum dictæ Ciuitatis institutus, et instituta respectiue reperiebantur,
et eadem de causa præfatus Ambrosius Episcopus statimque ac domus dicti ordinis in dicta Ciuitate Sca-
lensi erecta, siue constructa fuerat, Rosarium, siue modum orandi præmissum in dicta ecclesia S. Ma-
rtiani de Pontana, ubi dicebatur concessum, reuocauerat. Et tibi frater Episcope, quatenus in ecclesia dom-
us huiusmodi dictum Rosarium, siue modum orandi publicare faceres, etiam ne publicaretur in ecclesia
S. Martiani inhiberes, rescripserat, tuque frater Episcope litteris Ambrosij huiusmodi receptis mandaue-
ras et inhibueras. Primo dictis exponentibus, et præfato Alphonso, illorum asserto Capellano, iuxta dictarum
posteriorum litterarum formam, et tenorem a qua ordinatione, siue inhibitione Joannes Antonius Tra-
montanus, et alij exponentes, primo dicti, (ut dicebatur) appellauerant, et per viam appellationis, siue alias ad
præfatum Archiepiscopum Amalphitanensem Metropolitanum recursum habuerant, et ab eo, siue illius
Vicario Confratribus secundo dictæ Confraternitatis, et Priore, ac præfatis, non auditis, neque citatis, quoddam
decretum extorserant, per quod, ut dicebatur, declarauerat, dictum Rosarium, siue modum orandi in
dicta ecclesia S. Martiani fuisse, et esse legitime institutum, quod tamen decretum, et illius effectum Con-
fratribus secundo dictæ Confraternitatis, ac Priore, et fratribus præfatis postea auditis reuocauerat, siue sus-
penderat, et Joanni Tramontano, ac alijs exponentibus primo dictis, nec non præfato Alphonso asserto Capella-
no inhibuerat, ne sub pœna excommunicationis auderent dictum Rosarium siue modum orandi in
dicta ecclesia S. Martiani publicare, seu celebrare: et cum dictus Alphonsus Capellanus in dissensionem
populi dictæ Ciuitatis, non modicum scandalum, ac spretum dictæ inhibitionis, Rosarium, siue mo-
dum orandi huiusmodi in dicta ecclesia S. Martiani publicasset, dictus Archiepiscopus Metropolita-
nus illum carcerari fecerat. Exponentes que primo dicti, cum non possent alio modo obtinere eorum
intentionem, suggestione dicti Alphonsi, asserti Capellani, tacitis præmissis, præfatas nostras litteras non
minus subreptitiè, quam obreptitiè extorserint, et postea coram Venerabili fratre Episcopo Minorensi uno
ex executoribus in eisdem nostris litteris deputatis, Confratres secundo dictæ Confraternitatis, ac Priorem
et fratres prædictos citauerint, et in spretum signaturæ nostræ ad quam exponentes secundo dictæ Confra-
ternitatis recursum habuerant, protestationibus desuper pro parte ipsorum exponentium, siue Confratrum
secundo dictæ Confraternitatis, ac Prioris, et fratrum huiusmodi factis, non attentis, et non visis eorum
iuribus assertam sententiam declaratoriam protulerit, illamque postmodum, non obstante appellatio-
ne per ipsos exponentes, siue confratres secundo dictæ Confraternitatis; et Priorem, ac fratres ab eadem senten-
tia tanquam nulla, iniqua, et attentata, ad nos, et sedem Apostolicam interposita confirmauerit,
prætendens appellationem præfatam non debere eis concedi, cum in ea non esset expressa causa. Et sicut ea-
dem posterior expositio subiungebat Rosarium, siue modus orandi huiusmodi legitime, et canonice in
ecclesia dictæ domus sit institutus, ac peculiare, seu peculiaris dicti ordinis existat, ut præfertur, nec consue-

vit, nec expediat saluti animarum, quod due Confraternitates in modo orandi adsint in eadem civ
primo dicti exponentes callide tacuerunt, quod que procerto habetur, quod si premissa exposuisent: Nos p
tras litteras non concessissemus, eo quod, hac occasione Populus devenit in dissentionem, et exinde o
plura scandala, dicta que asserta declaratoria Episcopi Minorensis in spretum signaturę nostrę
rit, ijdem confratres secundo dictę Confraternitatis, ac Prior, et fratres nobis humiliter supplicari fe
terus in premissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui pacem, et quietem animarum, salutem fidelium quorumlibet sinceris desiderijs a
et scandalis, neveniant, quantum cum Deo possemus libenter obviamus, fraternitati tuę frater Episco
cretioni tuę fili Vicarie per presentes committimus, et mandamus, qualtenus confraternitatem Ros
ta ecclesia S. Martiani (ut asseritur) erectam, et institutam, ad ecclesiam Domus Ordinis Predic
huiusmodi autoritate nostra predicta trasferas, et illam Confraternitati noviter erectę, et in
ecclesia Domus huiusmodi unias, ac in eadem ecclesia prefatę Domus dumtaxat publicare mand
illius que publicationem, sive celebrationem in ecclesia S. Martiani etiam sub censuris, et pœn
arijs arbitrio tuo imponendis inhibeas: nec non ab illius celebratione, et publicatione abstineri facia
compellas. Nos enim tibi in omnes, et singulos, quos opus fuerit in decreto, sive executione citation
presentium decernentes nominamus, etiam per edictum publicum constito summarie extra
de non tuto accessu citandi ab illis, et alijs etiam, prout opus fuerit, etiam per simile edictum
inobedientes, censuras, et pœnas ipsas incurrisse declarandos, ipsasque censuras, et pœnas aggravandi
auxilium brachij secularis invocandi, et interdictum ecclesiasticum apponendi, et quęcumque
ta desuper opportuna decernendi. Nec non quid quid in premissis decreveris, exequendi, cetera
a, et singula in premissis, et eorum singulis quomodolibet necessaria, vel alias opportuna faci
nendi, et exequendi plenam potestatem, et facultatem Appostolica autoritate tenore presentium
mus, et elargimur; non obstantibus premissis, nec non felic: Rec: Bonifacij Papę octavi predece
tri de una, et Concilij Generalis de duabus Dietis, dummodo ultra tres, quis vigore presentium
um non trahatur, et alijs constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis nec non stylo Palatij, cete
trarijs quibuscumque. Datum Romę apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die prima Augusti
Pontificatus nostri anno quarto.

Don Jn.o Santos mendez presbitero Bezino de la V.a de Labea
tario app.co y por la santidad de nuestro santisimo Padre Clemen
un bezino zertifico y doi fe a los s.res del q.e el presente bieren como no
se abentiuno del mes de nobienbre de mil setezientos y bein
abiendo me llamado el mui rebrendo padre frai Joseph de
tosinos letor agBitual de teolosia Prior de conbento de S
to Domingo de la ziudad de Baza y bisitador en el san
to Domingo desta Ciudad de Guescar me mostro y le
bio un libro enquadernado de asta dozientas y siete

ginas sin los testimonios y cindizes en el qual d(ic)ho li-

a una Bulla en la pagina ziento que esta ante el S[illegible]

[illegible] comiensa Gregorius Papa tercius decimus venera-

fratres su[illegible] felisitatem y la acaba datum Romo

Santum Petrum sub annulo Piscatoris die prima a

[illegible] anno domine milesimo quingentesimo setuagesimo

[illegible] Pontificatus nostri anno quarto la qual simple

[illegible] a Don Juan y cotejada con el original concuerda

[illegible] a[l] dicho original [illegible]

falta en cosa alguna [illegible] y tiene por titulo Bula [illegible]

[illegible] en d(ic)ho lib(r)o con dento [illegible]

[illegible] nitatum [illegible] de Latarum la qual bullada

[illegible] en dos ojas poco menos rubricadas al pie de mi

[illegible] y para q(ue) conste de pedimento del d(ic)ho [illegible]

Padre Visitador lo signe y firme como acostumbro

[illegible] notario [illegible]

[illegible signature and rubric]

[illegible] Santos

Mendez notario